

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sobrietas b
cum uariis

Sobrietas est recti iudicii tenax, memorie recordationisque inseparabilis sapiencie, secretorum custos, archani uelamen, lectionum et doctrine capax, studiorum et arcium bonarum discipula pariter et magistra, ingeniorum et capiendorum pedisseca, bone fame semper auida, in cogitationibus salubria atque utilia creans, uirtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum se ipsam semper ingerens.

Augustinus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

doctrine] doctrina L²; arcium] acium (*cor. supra lin.*) C; discipula] disciplina M P V¹ V² L¹ L²; in cogitationibus *om.* P V¹ V² L¹ L²; se *om.* P V¹; ipsam *om.* P V¹ V² L¹ L²; Augustinus *om.* L¹ L²